



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)

(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

O2 European Latin Language Certification – Basic Level

Multimedia Practical Tools

TESTS

(Swedish Version:

31.01.2022)

Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

Nivå A: testet genomförs på 90 minuter utan ordbok. Varje svar är värt ett poäng.

UTVÄRDERING:

A1: 75% av antalet poäng för första delen (5 första övningarna; 24/34); studenten anses uppnå nivå A1 även om båda delarna genomförs och åtminstone 24 poäng av 44 uppnås.

A2: 75% av det totala antalet poäng för hela provet (33 av 44), av vilka åtminstone 8 skall ha uppnåtts i den andra delen (övningarna 6–7)

Pars prior. Publius Valerius Laevinus

Summarium



Romani pugnavērunt contra Tarentinos et victuri erant, cum Pyrrhus, qui auxilio Tarentinis venērāt, in Romanos egit elephantos, feras magno corpore, qui a Romanis magno cum terrore visi sunt. Romani fugērunt sed Pyrrhus magno honore habuit eos qui capti sunt. Postea Pyrrhus Romam ivit et castra apud urbem posuit.

1.	Contra Tarentinos, quod Romanorum legatis iniuriam fecērant, bellum latum est. Quibus auxilio
2.	venit Pyrrhus, rex Epirotarum <u>qui genus ab Achille ducebat</u> . Contra Pyrrhum missus est consul
3.	Laevinus, qui, cum exploratores¹ regis cepisset, iussit eos per castra Romana duci , tumque
4.	incolumes dimitti ² , ut ea quae vidissent Pyrrho renuntiarent ³ . Mox commissa ⁴ pugna, cum iam
5.	hostes pedem referrent, rex elephantos ⁵ in Romanorum agmen agi iussit; tuncque mutata est
6.	proelii fortuna. Romanos magnorum corporum moles ⁶ , terribilisque ⁷ superadstantium ⁸
7.	armatorum species turbavit ⁹ . Equi etiam ad conspectum animalium exterriti ¹⁰ , milites secum in
8.	fugam rapuērunt Nox proelio finem fecit.
9.	<u>Pyrrhus</u> captivos ¹¹ Romanos maximo honore habuit; occisos sepelivit ¹² . Deinde ad urbem Romam
10.	magnis itineribus ivit: omnia igne et ferro vastavit ¹³ , <u>apud urbem castra posuit</u> .

¹ Explorator, exploratoris, m. = miles missus ad hostium castra videnda

² Incolumes dimitto = sine vulneribus mitto (incolumis, -e)

³ Renuntio, -as, -avi, -atum, -are = dico

⁴ Committo, -is, -misi, -missum, -ēre = incipio

⁵ Elephāntus, -i, m. = Fera maximā magitudine quam Romani non cognoscebant/



⁶ Moles, -is, f. = magnitudo

⁷ Terribilis, -e = Qui/Quod timorem efficit



⁸ Superadstans, -antis, m- = qui in animali stat/ elephānti cum superadstantibus

⁹ Turbo, -as, -avi, -atum, -are = Timorem efficio

¹⁰ Ad conspectum beluarum exterriti = qui timore capti sunt elephantos videntes

¹¹ Captivus, -a, -um = qui a hostibus captus est

¹² Sepelio, -is, -ii, sepultum, -ire = sub terram ponēre

¹³ Igne ferroque vasto, -as, -avi, -atum, -are = agris et domibus ignem imponēre

1. Komplettera nedanstående text, som bygger på den ovanstående, genom att ange nummer på det ord som skall föras in på rätt ställe. OBS! Det finns fler numrerade ord än vad som behövs i texten (8 poäng)

A Tarentinis iniuria _____ Romanis, ergo ii bellum movērunt contra Tarentinos, qui a Pyrrho _____ petivērunt. Epirotarum rex in Italiam _____ et contra eum missus est consul Laevinus. Ille cepit Pyrrhi milites qui ad castra videnda a rege missi erant, sed maluit eos in castra ducēre ut regi dicērent _____ vidissent. Postquam proelium inceptum est, Romani victuri erant, sed elephanti in proelium acti sunt et ideo Romanorum equi magno _____ capti sunt et salutem fuga _____, secum rapientes Romanorum milites. Nox pugnae finem fecit. Rex coluit _____ in pugna cepērat et eos qui in proelio _____, deinde magnis itineribus Romam ivit et apud urbem castra posuit.



1.timorem	5.quos	9.auxilium	13.quid
2.venit	6.imperavērunt	10.elephanti	14.interfecti erant
3.quem	7.fecit	11.ventum est	15.facta est
4.petivērunt	8.metu	12.quis	16.servata erat

2. Markera vilka fraser som stämmer (R) och vilka som inte gör det (F) jämfört med texten ovan (7 poäng)

1. A Romanis Tarentinorum legati iniuriam accipiunt	R	F
2. Pyrrhus inter maiores suos Achillem habebat	R	F
3. Consul Laevinus noluit exploratores interficēre	R	F
4. Consul Laevinus voluit Pyrrhum quod in Romanorum castris fieret scire	R	F
5. Romanorum exercitus elephantos non metuit	R	F
6. Pyrrhus omnes Romanorum milites interfēcit	R	F
7. Pyrrhus haud procul ab Urbe castra posūit	R	F

3. Välj rätt svar och skriv in motsvarande bokstav i tabellen nedan (5 poäng)

1. Qui sunt Tarentini?

- Qui a Romanis iniuriam accipiunt
- Qui nolunt contra Pyrrhum pugnare
- Qui male agunt cum Romanorum legatis
- Ii quibus Pyrrhum auxilium ferre non vult

2. Quis est Pyrrhus?

- Qui a Romanorum elephantis vincitur
- Qui elephantis Romanos vincit
- Qui contra Tarentinos mittitur
- Qui a Laevino capitur

3. Quid facit Laevinus postquam exploratores cēpit?

- Eos omnes interficit
- Eos omnes captivos facit
- Eos omnes castra visuros ducit
- Eos mortuos ad Pyrrhum mittit

4. Cur Romani victi sunt?

- a. Quia Pyrrhi milites eorum castra cognoscunt
- b. Quia Pyrrhi milites fortiores quam Romanorum sunt
- c. Quia Pyrrhi ferae iis metum afferunt
- d. Quia equi elephantis interficiuntur

5. Quid fit post proelium?

- a. Pyrrhus non vult Romam ire
- b. Pyrrhus non vult hostium corpora sepelire
- c. Pyrrhus vult domum redire
- d. Pyrrhus bene agit cum captivis



1	2	3	4	5

4. Välj rätt svar och skriv in motsvarande bokstav i tabellen nedan (8 poäng)

- | | |
|---|---|
| <p>1. R. 1. Quod är:</p> <ul style="list-style-type: none"> a. Kausal konjunktion b. Relativpronomen c. Indefinit adjektiv d. Interrogativt adjektiv <p>2. R. 3. Qui är:</p> <ul style="list-style-type: none"> a. Relativpronomen mask. singularis b. Relativpronomen mask. pluralis c. Interrogativt pronomen mask. sing. d. Interrogativt pronomen mask. plur. <p>3. R. 4. Ut är:</p> <ul style="list-style-type: none"> a. Deklarativt (inl. final objekts- el subjekssats) b. Konsekutivt c. Temporalt d. Finalt (inl. final adverbialssats) <p>4. R. 4. Ea är:</p> <ul style="list-style-type: none"> a. Nominativ femininum singularis b. Ablativ femininum singularis c. Nominativ neutrum pluralis d. Ackusativ neutrum pluralis | <p>5. R. 4. Pugna är:</p> <ul style="list-style-type: none"> a. Nominativ femininum singularis b. Ablativ femininum singularis c. Nominativ neutrum pluralis d. Ackusativ neutrum pluralis <p>6. R. 4. Cum är:</p> <ul style="list-style-type: none"> a. Preposition b. Konjunktion med indikativ c. Konjunktion med konjunktiv d. Samordnande konjunktion <p>7. R. 5. Agi är:</p> <ul style="list-style-type: none"> a. Presens infinitiv passivum b. Presens infinitiv aktivum c. Substantiv i nominativ pluralis d. Substantiv i genitiv singularis <p>8. R. 7. Milites är:</p> <ul style="list-style-type: none"> a. Substantiv i nominativ pluralis b. Substantiv i ackusativ pluralis c. Adjektiv i nominativ pluralis d. Adjektiv i ackusativ pluralis |
|---|---|

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Omvandla de understrukna fraserna enligt förslag (4 poäng)

- A. R. 2. Pyrrhus, rex Epirotarum qui genus ab Achille ducebat
 Pyrrhus, rex Epirotarum, genus ab Achille _____ (använd lämpligt **particip**)

- B. R. 3. Laevinus, qui, cum exploratores regis cepisset, iussit...
Laevinus, qui, postquam exploratores regis _____, iussit....
- C. R. 3. (Laevinus) iussit eos per castra Romana duci
Laevinus imperavit ut ii per castra Romana _____
- D. R. 9-10. Pyrrhus apud urbem castra posuit
Castra a Pyrrho apud urbem _____

Pars altera. De Pyrrhi moribus

Mox postquam Pyrrhus Romanos vicērat, Tarentini intellexērunt Pyrrhum dominum non socium esse, sed cognovērunt etiam eius bonum animum. Aliquot Tarentini enim praeter modum male ei dicebant inter amicos, sed quia illi locuti erant postquam multum vinum sumērant, poenas non dedērunt.

1.	Pyrrho obviam vēnit ¹ Laevinus cum novo exercitu; <u>quo viso</u> rex ait sibi eandem adversus Romanos
2.	esse fortunam, quam Herculi adversus hydram ² , cui tot capita rursus nascebantur, quot caesa
3.	erant: deinde in Campaniam se recepit; <u>missos</u> a senatu de redimendis ³ captivis legatos cum
4.	honore excepit; captivos sine pretio reddīdit, <u>ut Romani, cognita eius virtute, cognoscerent etiam</u>
5.	<u>liberalitatem</u> ⁴ .
6.	<u>Erat Pyrrho, magno et forti viro, bonus animus</u> : eius humanitatem ⁵ experti sunt Tarentini: ii, <u>cum</u>
7.	<u>intellexissent</u> se pro socio dominum accepisse, fortunam suam liberis vocibus querebantur, et de
8.	Pyrrho multa praeter modum dicebant, maxime si multum vinum ⁶ sumpsērant. Itaque vocati ad
9.	regem sunt nonnulli, qui ei inter amicos male dixērant; sed periculum confessio ⁷ culpae ⁸ discussit ⁹ .
10.	Nam cum rex quaesivisset an ea quae ad aures suas pervenērant, dixissent: " <u>Et haec diximus</u> " aiunt
11.	"rex; et nisi vinum defecisset, longe plura et graviora dicturi fuimus". Pyrrhus qui malebat vini
12.	quam hominum eam culpam videri, laetus eos dimisit.



¹ Obviam venire alicui = contra aliquem ire

² Hydra, ae, f. = fera cum multis capitibus, quae, etsi caesa, rursus nascuntur

³ Redimo, -is, -ēmi, -emptum, -ēre = pretium solvĕre ut captivi domum redire possint

⁴ Liberalitas, liberalitatis, f. = virtus eius qui parvi existimat pecuniam

⁵ Humanitas, humanitatis, f. = bonus animus



⁶ Vinum, -i, n. =

⁷ Confessio, confessionis, f. = confessio habĕtur si quis dicit se erravisse

⁸ Culpa, -ae, f. = culpam committit qui errat

⁹ Discussio, -is, -cussi, -cussum, -ĕre = aliquid ab aliquo pellĕre

6. Komplettera i enlighet med den lästa texten genom att fylla i rätt ord i tabellen nedan böjt på rätt sätt i de markerade luckorna (6 poäng).

Pyrrho rursus contra Laevinum et eius exercitum pugnandum fuit; postea in Campaniam ivit. Romani ad eum misērunt legatos ad pretium _____ ut captivi Romam redire possent; sed rex pecuniam _____ accipĕre et eos sine pretio reddīdit. Nam volebat Romanis praeter virtutem suam etiam bonum animum suum _____.

Tarentini quoque _____ bonum animum cognovērunt; ii enim, quod intellegĕrant regem dominum potius quam socium esse, multa in eum querentes dicebant maxime cum inter comites multum vinum sumpsissent. Olim Pyrrhus vocavit _____ qui male ei dixērant et quaesivit an essent vera verba quae audivisset. Vocati dixerunt: "Ita est et _____ non diximus quia vinum defĕcit". Rex bono animo eos dimisit quia verum dixērant.

Aliquis, aliquid	Ostendo, -is, -i, -tum, -ĕre
Is, ea, id,	Peior, peius
Nolo, non vis, nolūi, nolle	Solvo, -is, solvi, solutum, -ĕre

7. Omvandla meningarna nedan enligt förslag (6 poäng)

A. R. 1. Quo viso rex ait

Quod cum _____, rex ait

B. R. 3. Missos a senatu de redimendis captivis legatos

Legatos qui a senatu de redimendis captivis _____

C. Captivos sine pretio reddidit, ut Romani cognoscerent etiam liberalitatem

Captivos sine pretio reddidit, quia volebat Romanos etiam liberalitatem

D. R. 6. Erat Pyrrho magno et forti viro bonus animus

Pyrrhus, magnus et fortis vir, bonum animum _____

E. R. 6-7. li, cum intellexissent (...), fortunam suam liberis vocibus querebantur

li, quia _____ (...), fortunam suam liberis vocibus querebantur

F. R. 10. "Et haec diximus"

Viri dicunt se et haec _____



Facit

1.

A Tarentinis iniuria **(15. Facta est)** Romanis, ergo ii bellum movērunt contra Tarentinos, qui a Pyrrho **(9. Auxilium)** petivērunt. Epirotarum rex in Italiam **(2. Venit)** et contra eum missus est consul Laevinus. Ille cepit Pyrrhi milites qui ad castra videnda a rege missi erant, sed maluit eos in castra ducēre ut regi dicērent **(13. Quid)** vidissent. Postquam proelium inceptum est, Romani victuri erant, sed elephanti in proelium acti sunt et ideo Romanorum equi magno **(8. Metu)** capti sunt et salutem fuga **(4. Petivērunt)**, secum rapientes Romanorum milites. Nox pugnae finem fecit. Rex coluit **(5. Quos)** in pugna cepērat et eos qui in proelio **(14. interfecti erant)**, deinde magnis itineribus Romam ivit et apud urbem castra posuit.

2.

F/R/R/R/F/F/R

3.

1	2	3	4	5
c	B	c	C	D

4.

1	2	3	4	5	6	7	8
A	A	D	d	b	c	a	b

5.

- A. R. 2. Pyrrhus, rex Epirotarum qui genus ab Achille ducebat
Pyrrhus, rex Epirotarum, genus ab Achille DUCENS (**si usi il participio adatto**)
- B. R. 3. Laevinus, qui, cum exploratores regis cepisset, iussit...
Laevinus, qui, postquam exploratores regis CEPIT/CEPERAT, iussit....
- C. R. 3. (Laevinus) iussit eos per castra Romana duci
Laevinus imperavit ut ii per castra Romana DUCERENTUR
- D. R. 9-10. Pyrrhus apud urbem castra posuit
Castra a Pyrrho apud urbem POSITA SUNT

6.

Pyrrho rursus contra Laevinum et eius exercitum pugnandum fuit; postea in Campaniam ivit. Romani ad eum misērunt legatos ad pretium **solvendum** ut captivi Romam redire possent; sed rex pecuniam **noluit** accipēre et eos sine pretio reddīdit. Nam volebat Romanis praeter virtutem suam etiam bonum animum suum **ostendēre**.

Tarentini quoque **eius** bonum animum cognovērunt; ii enim, quod intellegērant regem dominum potius quam socium esse, multa in eum querentes dicebant maxime cum inter comites multum vinum sumpsissent. Olim Pyrrhus vocavit **aliquos** qui male ei dixērant et quaesivit an essent vera verba quae audivisset. Vocati dixērunt: "Ita est et **peiora** non diximus quia vinum defēcit". Rex bono animo eos dimisit quia verum dixērant.

7.

- A. R. 1. Quo viso rex ait
Quod cum VIDISSET/ VISUM ESSET, rex ait
- B. R. 3. Missos a senatu de redimendis captivis legatos
Legatos qui a senatu de redimendis captivis MISSI SUNT/ERANT
- C. Captivos sine pretio reddīdit, ut Romani cognoscerent etiam liberalitatem
Captivos sine pretio reddīdit, quia volebat Romanos etiam liberalitatem COGNOSCERE
- D. R. 6. Erat Pyrrho magno et forti viro bonus animus
Pyrrhus, magnus et fortis vir, bonum animum HABEBAT

- E. R. 6-7. Ii, cum intellexissent (...), fortunam suam liberis vocibus querebantur
Ii, quia INTELLEXERANT (...), fortunam suam liberis vocibus querebantur
- F. R. 10. "Et haec diximus"
Viri dicunt se et haec DIXISSE